

Incipit prefatio beati Hieronymi presbiteri in librum Esdræ

**T**rum diffi-  
cilius sit facere quod  
poscitis. an negare:  
necdū statui. Nā ne-  
q̄ vobis aliquid im-  
perantibus abnuere  
sententię est. et ma-  
gnitudo oneris impositi ita ceruices pre-  
mit: vt ante sub fasce ruendum sit q̄ leuan-  
dum. Accedunt ad hoc inuidoruz studia.  
qui omne quod scribim⁹ reprehendendū  
putant. Et interdum contra se conscientia  
repugnante publice lacerāt que occulte le-  
gant: intantum vt clamare compellar z di-  
cere. Domine libera animam meam a labi-  
is iniquis. et a lingua dolosa. Tercius an-  
nus ē q̄ semper scribitis atq̄ rescribitis  
vt esdrę librum et hester vobis de hebreo  
transferam. quasi non habeatis gręca z la-  
tina volumina. aut quidquid illud est qd̄  
a nobis vertitur. non statim ab omnib⁹ cō-  
spuendum sit. Frustra autē. vt ait quidā  
niti neq̄ aliud fatigādo nisi odiū querere:  
extreme dementię ē. Itaq̄ obsecro vos mi  
dominion z rogatiōe charissimi: vt priua-  
ta lectione cōtenti. librum non efferatis in  
publicum: nec fastidiosos cibos ingeratis.  
vitetisq̄ eorum supercilios qui iudicare tā-  
tum de alijs. z ipsi facere nichil nouerunt.  
Siqui autem fratrum sunt quibus nostra  
non displicent. his tribuatis exemplar: am-  
monentes vt hebreę nomina quorū gran-  
dis in hoc volumine copia est. distin-  
cte et per interualla transcribant. Nihil  
enim proderit emēdasse librum nisi emēda-  
tio librariorum diligentia cōseruetur. Nec  
quęq̄ moueat q̄ vnus a nobis liber edit⁹  
est. nec apocriphorum tercię et quarti libri  
somnia delectetur. quia et apud hebreos  
esdrę neemięq̄ sermones in vnum volumē  
coartantur. et que non habentur apud il-  
los nec de vigintiquattuor senib⁹ sunt pro-  
cul abijcienda. Siquis autem septuagin-  
ta vobis opposuerit interpretes. quorum  
exemplaria varietas ipsa lacerata et euer-  
sa demonstrat. nec potest vtiq̄ verum asse-  
ri quod diuersum est: mittite eum ad euan-  
gelia in quibus multa ponuntur quasi de  
veteri testamento que apud septuaginta in-  
terpretes non habentur: velut illud. qm̄  
nazareus vocabitur. et ex egipto vocauit fi-  
lium meum. et videbunt in quem compun-  
xerunt. multaq̄ alia que latiori operi refer-  
uamus. et querite ab eo vbi scripta sūt. Cū  
q̄ proferre non potuerit: vos legite de his  
exemplaribus que nuper a nobis edita ma-  
ledicorum quotidie linguis confodiuntur.  
Sed vt ad compendium veniam. certe q̄  
illaturus sum equissimum est. Edidi aliqd̄  
quod nō hēt in greco. aut aliter habetur q̄

a me versum ē. Quid interpretem laniāt?  
Interrogent hebreos et ipsis autoribus.  
translatōni meę vel arrogent vl̄ derogent  
fidem. Porro aliud est si clausis qd̄ dicis  
oculis mihi volunt maledicere: et non imi-  
tantur grecorum studium et beniuolentiā.  
qui post septuaginta translatores iam chri-  
sti euangelio choruscante iudeos et hebri-  
nitas legis veteris interpretes. aquilaz vi-  
delicet et symmachum et theodotionem. et  
curiose legunt. et per origenis laborem in  
heraplois ecclesijs dedicarunt. Quāto ma-  
gis latini grāti esse deberent. q̄ exultantes  
cernerent gręciā a se aliquid mutuari. Pri-  
mus enim magnozū sumptuum est et in-  
finitę difficultatis. exemplaria posse habe-  
re omia. deinde etiam qui habuerint. et he-  
brei sermonis ignari sunt. magis errabūt:  
ignorantes quis e multis verius dixerit.  
Quod etiam sapiētissimo cuidā nup̄ apud  
grecos accidit vt interdum scripturę sensū  
relinquēs. vnus cuiuslibz interpretis seque-  
retur errorem. Nos autem qui hebreę lin-  
guę saltem paruam habemus sciētiā. et  
latinus nobis vtiq̄ sermo nō deest. et de  
alijs magis possumus iudicare. et ea que  
ipsi intelligimus i nostra lingua promere.  
Itaq̄ licet hydra sibilet. victorq̄ synon in-  
cēdia iactet. nuq̄ meum iuuante christo si-  
lebit eloquium. etiam p̄cisa lingua balbu-  
tiet. Legat qui volunt: qui nolūt abijciāt.  
Euentilent apices: litteras calumnientur.  
Magis vestra charitate prouocabor ad  
studium q̄ illorum detractōne et odio de-  
terrebor.